

et viva quadam affectione verbum Dei auditorum mentibus imprimebat. Nullum enim ^{a)} audivi aliquando conquerentem, quod sermonem Domini protraheret, cum omnes novis ^{b)} orationis eius deliciis ^{c)} satiari non possent.

Pernoctabat assidue in ^{d)} oratione, in scribendo ^{d)}, et tamen ad conventuales vigiliis properabat viriliter ^{e)}, cantans ^{f)} et vigilans ita quod ^{g)} eum nunquam ^{g)} in choro Casa-Marii dormire conspexi. De qualitate vel paritate cibi aut potus nequaquam ^{h)} curabat, ita quod diebus aliquot ⁱ⁾ non gustavit vinum ^{k)} in mensa, et cum per errorem servitoris ^{l)}, qui putabat hoc per refectory fieri, vinum in vasculo eius contingeret non apponi, aqua tantum, quam accipiebat de servitorum manu, contentus erat ^{l)}. Retulit mihi aliquando, quod cum in Siria ^{m)} juvenculus, habitu jam religionis assumpto, solus fuisset apud quamdam viduam hospitatus ⁿ⁾, illa in eum oculis impudicis intuens verbis ^{o)} lasciviis ipsum ad crimen invitare tentavit, sed servus Dei restitit sapienter et fortiter, et quia nox erat et congruenter exire non poterat, misera eunte dormitum, ipse totam noctem in oratione duxit insomnem, hospitantis se spreto lecto ^{p)} sibi parato, lignorum in ^{q)} fasciculos ^{r)} decubans ^{s)} et carnis tentationem superans, donec mane aperto ostio ^{t)} domus sine licentia tentantis exivit.

Numquam vere fateor vidi ^{u)} virum ita semper fortiter pro castitate zelantem, ita ^{v)} cunctos quos poterat ad pudicitiam animantem et impudicitiam in omnibus quos ^{w)} poterat corrigentem. Audivi a domino Rainerio ^{x)} intimo eius ^{y)}, quod numquam novisset virum sic ab hypocrisis ^{y)} vitio liberum, et hoc ipsum se ^{z)} audivisse ab episcopis et multis fratribus asserebat. Vidi eum nonnumquam orantem ^{aa)} flexis genibus ac manibus et oculis erectis ^{bb)} ad ^{cc)} caelum et cum Christo, acsi videret eum facie ad faciem, vultu alacri colloquentem. Feci apud eum in Petralata ¹⁰⁾ quadragesimam totam, in qua exceptis diebus dominicis et

^{a)} enim *fehlt* UP. ^{b)} nostri UP. ^{c)} deliciis *Hs.* ^{d)} in scribendo et in orationibus *P.* ^{e)} humiliter UP. ^{f)} canens UP. ^{g)} quod nunquam eum *P.* ^{h)} nunquam *U*; numquam *P.* ⁱ⁾ aliquod *Hs.* ^{k)} coctum UP. ^{l)} serv. contingeret in vasculo ejus non apponi vinum, quia putabat hoc per refectory ferri, aqua tantum contentus [erat], quam acc. de serv. manu *P*; (erat) *U*²; erat *fehlt* *Hs.* *U*¹. ^{m)} Syria *P.* ⁿ⁾ ospitatus *Hs.* ^{o)} verbis *fehlt* UP. ^{p)} lectulo *P.* ^{q)} in *fehlt* UP. ^{r)} fasciculis UP. ^{s)} decumbens *U*; incumbens *P.* ^{t)} hostio *U.* ^{u)} Vere fateor numquam vidi ... *P.* ^{v)} *folgt* quod *Hs.* *U*¹. ^{w)} quibus *P.* ^{x)} Raynerio UP. ^{y)} hoc *statt* hypocr. UP. ^{z)} se *fehlt* UP. ^{aa)} stantem UP. ^{bb)} ereptis *Hs.* ^{cc)} ad Cælum *U*; in coelum *P.*

⁹⁾ *S. o. S. 440 ff.*

¹⁰⁾ *S. o. S. 493.*